

mutationem. Cuius sex sunt differentie: scilicet ante: re-
tro: sursum: dextrorsum: et sinistrorsum. Et illa est diuisio
philosophi in postpredicamentis.

Quietudo est priuatio motus in isto de cuius aptitudi-
ne est quod moueatur: non tamen est actu motum. Et sic pa-
tet quod sicut motus est in tempore: ita et quietudo. Et quietudo di-
uiditur. Aliqua est naturalis: et est quando corpus est in
suo proprio loco sibi a natura determinato. Alia est ani-
malis et est quando animal cessat a motu suo siue coniu-
gatur appetibili siue non. Alia violenta: et est quando corpus
est in loco sibi accidentali: sicut si terra esset in loco alto.

Ex. 6. Philo.

Quies natura-
lis.
Animalis.

Violenta.

Infininitum est cuius quantitatem accipientibus sem-
per est aliquid extra accipere. Nota infinitum capitur mul-
tipliciter. Primo modo quod non potest pertransiri: eo-
quod non aptum natum est pertransiri: ut punctus. Secun-
do quod cum sit quantum non tamen potest pertransi-
ri: eo: quod non habet finem: ut supra definitum est: et nullum
tale est actu. Tertio quod vix potest pertransiri: ut via lou-
ga que non pertransitur nisi cum difficultate. Quarto
quod cum aptum natum sit pertransiri: non tamen pos-
sumus pertransire ipsum: propter impedimentum extrin-
secum: ut profunditas maris. Quinto secundum apposi-
tionem: et sic dicimus quod numerus posset augeri in infinitum.

3. Philo. ex text.
Com. 63.

Quinq; accep-
tiones infiniti ha-
bent. 3. Philo. ex
textu com. 34.